Christiana Consultatio, qua ratione errores in Religione, doctrinae falsae, haereses, superstitiones, idolatriae, seductiones, sectae, divisiones Ecclesiae, sectiones speculativum Reginiinum è Re: Imp.ri et tota Ecclesia auxilio Dei, vera et non falsificata Christiana Religio, concordia, pax, et unitas, virtutes ponunt.

Laudat Imperatorem, q. ante omnia Religionem salutarem promovendam sibi proposuerit. atq. id palam ipse Ecclesiae illi magis quam ut privatus curae esse. Notatus reliquos status, ut in causa salutari proposito Caesare praeire ipse velint. Reliqua non defutura si in hac cura solerter fuerimus. Primum quaerendum Regnum Dei &c. Omnia Religioni postponenda.

Adduxit exemplum Moisis, qui non temporibus neque diversis judaeorum legem, sed populi vitam legi, et voluntati Dei accommodandam ipse consuit, Deum potius quam tumultuantis populi minas sibi timendum. Quasi, id operam in primis dedisse ut veram, et sinceram doctrinam plantaret, veram fiduciam in Deum, veram invocationem Dei doceret, ut omnem falsum cultum Dei superstitionem, et idolatriam eradicaret. Atq. idem omnes illos maledicebat, qui verbo Dei quicquam vel adderent vel demerent. Illud tantum quod exposita verbo suo Deus mandavit credendum ipse. Omnes humanas traditiones, ut opus Satanae vitandas. Quibus constitutis demum ad rem politicam animum adiecisse.

Deus ab hominibus non potest maiorem perfectionem adipisci quam a se ipso. Ergo nec cultus divinus ab homine potest fieri perfectior, quam ut a Deo factus, et institutus est.

Mandatum fuit Josuae, ut regat populum Israel secundum verbum Dei, et non secundum humanum iudicium, et sapientiam, ut nocte diuq. in lege Domini meditetur.

Si verbum Dei rejiciatur, et omnia secundum Papistica, et humana decreta, et ordinationes constituant; immittet Deus post Mahometanam seductionem, et tyrannidem, alias horribiles idolatrias, sectas, divisiones.

Huius generis Principes erant David, Josias, et Ezechias, qui omnes longa experientia exacte didicerant ex humanis traditionib. nihil sequi praeter superstitionem, ex superstitione idolatriam; ex idolatria certam iram, et vindictam Dei, idest dissipationem, et depopulationem Regnorum, exemplo sunt Roboam, et Jerobo'am, Neq. dubium est nostris temporibus Imperium in das minorias delapsum, nisi propter multiplicem Romani Antistitis impietatem, et idolatriam.

Non posse Principes intelligere qua ratione Josias, et Ezechias gloriam Dei ubiq. promoverint, nisi vitam illorum sequantur.

Esaias cap. 8. admonet seductos, et erraticos Principes, et cuiusvis conditionis homines, vide vera prudentia